



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

- ff. de appella. ibi sed cum aduersus, & ibi Ang. & Aret.
- 4 Fallit etiam in causa criminali ubi si plures sunt condemnati, ex eadem causa, appellatio unius non proderit alteri, ut doct. in d.l. non tantum & Bal. siug. in rubrica. C. si unus ex pluribus per legem minoribus. C. de iis quibus ut indign.
- 5 Fallit quando alius fuit confessus, ex quo cum per confessionem inducatur notorium non prodest ei uictoria alterius, ut d.l. si qui separatim. §. fin. & ibi Raph. Fulgo. & Aret. q. tu nota.
- 6 Fallit itidem quando appellatio erat nulla, tamen de facto obtinuit appellans per imperitiam iudicis, ex quo sententia lata contra unum non prodest aliis. ut Bal. in l. i. prope finem. C. si unus ex plurib. per l. debitor. §. fin. ff. ad trebell.
- 7 Fallit similiter quando ille, qui non appellauit, ignorauit socium appellasse, & dies decem lapsi sunt ipso sciēte, ex quo non uidetur posse gaudere beneficio illius appellationis, quam ignorabat fuisse interpositam, ut glo. in l. iij. §. i. ff. de appellat. & Bar. in d.l. si qui separat. §. fin. ff. eo d. titul.

R E G U L A C C X X X V I I .

- I Vicinus præsumitur scire facta uicini sui. Bar. l. i. ff. de flumin. & l. fin. ff. de fundo instru. Bal. in l. quoniam fororem. C. de iure delib. & in l. qui duos in ult. col. ff. de reb. dubiis. & doct. in l. p. ff. si cert. pet. & ibi Bal. Soci. nu. 29. ff. si cert. pet. & Bal. & Deci. in c. tertio loco de probat. & l. si uicinis. C. de nupt. & l. octau. ff. unde cognat. Corn. consi. 156. d. uol. 3.
- I Amplia. d. regulam etiam si uia esset in medio duorum camporum, nam ut dixi de iure prothom. in §. si. nu. 25. & 2. uia uicinalis non dicitur separare coniunctionem terrarum, & iste uia uicinales non tollunt alicui ius & beneficium præsentandi ex iure congrui, sicut & riuus priuatus, non separat coniunctionem fundorum, super quibus

T 3 bus

bus petitur prælatio ex iure prothomi. licet Capol. in tit. de Ripa. & tit. de uia. q. 20. Bar. in l. si tertius. in 3. oppo. ff. de acqui. plu. ar. communis est in contrarium.

- 1 Fallit etiam in rebus propriis, & facultatibus suis, ratio est, quia talis uicinus habet multas possessiones. liuella & traficum mercium, & tamen non uidebit is conuicinus librum rationis, debita & credita & quandoque is talis reputatur diues & tamen quo ad ætatem & consanguinitatem labitur facultatibus suis, & se dice, che il fin d'alle gran facende e ritirarsi in casa, ut experientia rerum magistra docet, & nota.
- 2 Fallit etiam in uicinis qui uoces uicinorum audire non possunt, quia ij proprie uicini non dicuntur, ex quo Bal. in l. cum aliter. §. hoc autem. ff. ad sillan. dicit qd appellatione uicinorum ij proprie dicuntur, qui conuicinorum uoces exaudire possunt. ut in d. §. hoc autem ibi uocem exaudiat, & not. licet Ias. & Alber. in l. non solum in prin. ff. de op. no. nunc. teneant, & appellatione uicinorum intelliguntur omnes, etiam si sint remoti. præterquam in casu prælationis, qui de proximo, & non de remoto dicendum est ad prælationem rei uenditæ obtinendam pro ut Tiraquel. in §. i. glo. 9. nu. 21. de retract. consang.
- 3 Fallit proprie in uicinis qui a communiter accidentibus nesciunt facta conuicinorum, ut in homicidiis uel furtis commissis in uicinia. secus uero in ijs quæ a communiter accidentibus cadunt in notitiam uicinorum, & cum ista distinctione Bal. in l. i. in fine. C. de colluf. de reg. pertransit, & Alex. consi. 80. col. 3. uol. 2. & consi. 50. col. penult. uol. 1. & consi. 92. col. 3. num. 9. uol. 5. & consi. 51. col. 3. uol. 1. nu. 4.

REGULA CCXXXVIII.

- 1 Vicini an collectam indicere possint conuicinis pro puteolo publico, & in communi reaptrando, seu reficendo, tu dic qd sic, secundum doct. & præsertim specul. in tit. de cens. §. nunc dicendum. col. 5. uersu. Item pone Guid. papa